pristinam reuocantis uerba non audias. eris peccati seruus in aeter-
num. Tum deinde requiro abs te. si libenter uellis ex patrefamilias
& nobili uiro ht uideamus quam plurimos ad libertatē festinare.
& quantum possunt căpere & iam diuites fieri honoribus unde
cumq; quaesitis. uilitatē genuinę ignobilitatis obtegere.
Si ergo in hac uita esse seruus nemo uult. sed quantum fieri potest
& esse diues & nobilis cupit. & non ut solum sibi sufficiat. sed & a
liis largiatur. in illis aeternis rebus & nullo fine mutandis
indifferenter tolerabimus seruitutem. & paruum nobis uidetur
si in lignis cessoribus. & aquae gestatoribus deputemur.
propter ea ergo dum dies ē operemur quod bonum ē. & emen
dationi nrae operam demus. ut ex actib; & conuersatione
nrae & moribus nobilitari mereamur. & digni efficiamur
spm adoptionis accipere. ut inter dī potius filios habeamur
p unicum & uerum filium eius. cui ē gloria & imperium
in saecula saeculorum amen. EXPLICIT OMELIA. X.

INCIPIT XI. DE AUXILIIS IHU QUIBUS IUUIT GABAONITIS ET
QUOMODO SOLĒ STARE FECIT ET LUNĀ QUI SOCIAUERĪ FILIIS ISRĀHL.

Omnes illi qui prius amici erant. post amicitias & familiari
tatem filiorum israhel inimici fiunt gabaonitis. quia filiis
israhel foedus pacis acceperant. Iebuseus rex hierusalem inuita
tis secum quattuor aliis regibus. gabaonitas adgreditur ut expugnare.
Sed gabaonitę uidentes quinq; reges aduersum se in proelium
conspirasse. nequaquam propriis uiribus copiisque confidunt
sed mittunt ad ihm auxilia postulantes. At ille diuino pmissu
adest gabaonitis. laturus auxilium, hic uero iam mirabilia
caelitus ostenduntur. Dns desup saxa grandinis pluit. & quin
que qui aduersum ihm pugnant exercitum uastat, tunc uidens
ihs diuinā secum dexteram proeliantem & prosperis successib;

ht hoc modo seruus effici abnuis sine dubio. quippe cum etiam ex condicione serui...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0104